



Red

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

TRISTES ELEGI
 QVIBVS
 BEATVM OBITVM
 VIRI
 MAXIME REVERENDI ET DOCTISSIMI
 DOMINI
 JOH. BALTHASARIS
 REINHARDI,

AD D. NICOLAI PASTORIS PRIMARI, CON-
 SISTORII ASSESSORIS, MINISTERII SENIORIS,
 SCHOLÆ INSPECTORIS AC ORPHANOTRO-
 PHII ADMINISTRATORIS
 VLTIMO APRILIS DIE
 PIE PLACIDEQVE DEFVNCTI
 EXEQVHS d. 3. MAII MDCCXLI. CELEBRATIS,
 DECANTARE VOLEBANT

Συλλογόμενοι


BAIVLATORES.



SONDERSHVSE,
 LITTERIS IAC. ANDREÆ BOCKII, TYPOGR. AVLICI

AK





Heu! quoties tristes elegos, mea Musa, can-
 endos.

Sulcipis? Ecquando carmina læta
 fluent?

Non latis est, nostram toties deslere ru-
 inam,

Sævitia mortis quæ miseranda jacet,

In patriæ cœtum mala conjurasse videntur

Omnia fidelem (prohibe amice Deus!)

Imminet exitium magnum dubio procul omni:

Nam meritis claros mors rapit atra viros,

Altera quem vidit sanum, recteque valentem,

Extinctum, o homines! altera morte dies

Nec tamen hoc latis est, procul a senioque remotum

E vivis quondam dispare morte rapi

STRECKERVM GENERVM, quem cives corde dolebant:

Blandus enim cunctis, & mihi suavissimus erat.

REINHARDVS moritur, meritis venerandus & annis,

Gloria qui nostræ magna Sionis erat.

Heu! cecidit SENIOR venerandi qui Ordinis ipse,

Cui pietas curæ salva fidesque fuit,

Salve, cane Senex, salve, REINHARDE beate,
 O dilecte mihi mente fideque tua.
 Quomodocunque tuum verto, Vir mi optime, nomen
 Omnia conveniunt rebus ubique suis.
 Voce doces Christum pure tua verba loquantur,
 Ac Promachus salvæ religionis eras.
 Doctrinam evincens puram contra Pietistas,
 Qui mala gens hominum semper ubique manent.
 Sæpius hinc cathedram conscendens pura docebas
 Dogmata LYTHERI, dogmata pura DEI.
 Hinc pietas, hinc prisca fides, longique labores
 Famam & perpetuum conciliare decus.
 Cujus ad exemplum veri fiducia crevit
 Fortiter, & puræ religionis amor.
 Religio pietasque tuum post funera nomen
 Augebunt, nec Te fama perire finet.
 Quin etiam ereptum terris, cœloque repostum,
 Vivere sublimem Te super astra refert.
 Hic virtutis honos, hæc doctæ præmia mentis,
 Illa venit sancto gloria ab eloquio.
 Sat mihi magna seges laudis nascentia præbet
 Carmina, quæis celebrem, TE VENERANDE SENEX.
 Verba nec auluro magnum mihi magnus Apollo,
 Musa nec heroas dicere docta neget.
 Deplorant obitum conjux, natæque nepotes,
 Ac mœstis lacrymis ora genasque rigant.
 Fle, Nordhufa, Virum, Senioris funera desfle,
 Et tumulum lacrymis perge rigare tuis.
 Cur non canitiem, mors irrevocanda, vereris?
 Non intacta tibi curva senecta manet?
 Horreo carminibus magnum renovare dolorem,
 Quo tua mors animos, Mylla beate, coquit.
 Dive Senex, satur ætatis, jam fluxa relinquis
 Gaudia, nunc precibus tot repetita capis.
 Pugnatum satis est, TIBI JAM, Dux inclyte, Lauros
 Æthereas confert dextra benigna Dei.

Præmia debebas operosæ fumere vitæ,
Fasque est, emensis fluctibus, ire domum.
Gloria summa TIBI manet indelebilis omni
Tempore, non cineres, non subitura rogos.
Nil aliud superest, TIBI quo VENERANDE probemus,
Quantus sit nobis, Te caruisse, dolor!
Interea Corpus mandandum exanguie sepulchro,
Prosequimur, lacrymas ad Tua busta damus.
Sit Tibi terra levis, mollique tegaris arena,
Et tua perpetuo molliter ossa cubent.
Nulla Tui capient animos oblivia nostros,
Aut hoc, aut alio carmine notus eris.



78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



56.

1077

RHD



TRISTES ELEGI
QVIBVS
BEATVM OBITVM
VIRI

MAXIME REVERENDI ET DOCTISSIMI
DOMINI

BALTHASARIS
EINHARDI,

LAI PASTORIS PRIMARII, CON-
SSESSORIS, MINISTERII SENIORIS,
INSPECTORIS AC ORPHANOTRO-
PHII ADMINISTRATORIS

ULTIMO APRILIS DIE
E PLACIDEQVE DEFVNCTI
S d. 3. MAII MDCCXLI. CELEBRATIS,
DECANTARE VOLEBANT

Συλλυπέμενοι

BAIVLATORES.



SONDERSHVSE,
IAC. ANDREÆ BOCKII, TYPOGR. AVLICI

